

# IV JORNADES D'INVESTIGACIÓ DE LA FACULTAT DE FILOSOFIA I LLETRES

## IV JORNADAS DE INVESTIGACIÓN DE LA FACULTAD DE FILOSOFÍA Y LETRAS

Pecuniam petis, Fanni, a Roscio. Quam?

dic audacter et aperte. Vtrum <quae> tibi ex societate  
debeatur, an quae ex liberalitate huius promissa sit et contentata.

Quorum alterum est gravius et odiosius, alterum levius et facilius.

Quae ex societate debeatur? Quid ais? Hoc iam neque leviter ferendum

est neque neglegenter defendendum. Si qua enim sunt privata iudicia

summae existimationis et naene diam capitis, tria haec sunt, fiduciae, tutelae,

societatis. Aequae enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere quae continet vitam, et

pupulum fraudare qui in tutelam pervenit, et socium fallere qui se in negotio coniunxit. Quae cum ita

sint, quis sit qui socium fraudavit et fefellerit consideremus, dabit enim nobis iam tacite vita acta in

alterutram partem firmum et grave testimonium. O, Roscius? Quid ais? nonne, ut ignis in aquam coniectus

continuo restinguitur et refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam et castissimam vitam  
conlatum statim concidit et exstinguitur?

Roscius socium fraudavit! Potest hoc homini huic haerere peccatum? qui me diu fidus audacter dico plus rei

quam artis, plus veritatis quam disciplinae possidet in se, quem populus Romanus meliorem virum quam

histrionem esse arbitratur, qui ita dignissimus est scena propter artificium ut dignissimus sit curia propter

abstinentiam. Sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? Ignotum hominem scilicet pluribus verbis

commendo. Estne quisquam omnium mortalium de quo minus existimas tu? estne quisquam qui tibi purior,

pudentior, humanior, officiosior liberaliorque videatur? Quid tui, Saturi, qui contra hanc veris, existimas

aliter? nonne, quotienscumque in causa in nomen huius incidisti, totiens hunc et virum bonum esse

dixisti et honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo aut amicissimo facere consuevit.

Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans qui eundem et laedere et laudare, et virum

optimum et hominem improbissimum esse dicebas. Eundem et honoris causa appellabas et

virum primum esse dicebas et socium fraudasse arguebas? Sed, ut opinor, laudem

veritati tribuebas, crimen gratiae conponebas; de hoc, ut existimabas, praedicabas,

Chaerea arbitrato causam agebas.

27 i 28 de març de 2014

27 y 28 de marzo de 2014

Aula Magna  
(Facultat de Filosofia i Lletres II,  
planta baixa),

Saló de Graus

(Facultat de Filosofia i Lletres III, 1ª planta)

Aula Magna

(Facultad de Filosofía y Letras II,  
planta baja),

Salón de Grados

(Facultad de Filosofía y Letras III, 1ª planta).



Universitat d'Alacant  
Universidad de Alicante



UNIVERSIDAD DE ALICANTE  
Facultat de Filosofia i Lletres  
Facultad de Filosofía y Letras